

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Pro T. Annio Milone

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

quem foederati, quem liberi populi, quem stipendiarii, quem negotiatores, quem publicani, quem universa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, & qui famem, qui morbum effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Romanum in urbe, non in Italia, maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit? qui se ipsum oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui seipsum condemnet? Numquam ego sanguinem expetivi tuum: numquam illud extremum, quod possit esse improbis, & vobis commune, supplicium,

legis, ac iudicii; sed abjectum, contemptum, despectum à ceteris, à te ipso desperatum, & relictum: circumspicientem omnia: quidquid increpisset, pertimescentem: dissidentem tuis rebus: sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari; horrentem, trementem, adulantem omnes, videre te voluit vidi. Quare, si tibi e venerit, quod metuis, ne accidat: equidem non molestè feram: sin id tardius forte fiet, fruar tamen tua indignitate: nec minus libenter me tuentem videbo, ne reus fias, quàm teum: nec minus letabor, cum te semper sordidum, quàm si paullisper sordidatum viderem.

1. Qui famem, qui morbum effugerunt. Melius istud è Pal. sec. æque Erf. vulgatis, qui morbum.

2. Paullisper sordidatum viderem. Gulhelm. mallet viderem.

a Hanc orationem scripsit Cic. cum Milo esset in ipso exilio. *Acta in Foro.* Quæ acta est & excerpta non extat. *Ann. 4. Quirit. 3.*

M. TULLIVS CICERO.
PRO
T. ANNIO MILONE.
ORATIO TRICESIMA OCTAVA.

SYNOPSIS.

Quæstio, An Clodius iura à Milone casus sit. Accusatores, Appius, M. Antonius, P. Valerius Nepos. Res, T. Annii Miloni. Patronus Milonis, Cicero. Acta in foro (ubi Pompejus disposuerat armatos milites, cum ipse præsidio ad aram præsidere:) anno urbis 701. Eventus. Milo in exitum ab his commotis iudiciis vel ipso facto Miloni, quod hinc iudicio magno animo fuisset, neque cervicem, neque vestem, reorum more, mutasset. Plutarchus in Cicero.



TSI vereor, iudices, ne surpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere, minimeque deceat, cum T. Annii Milo ipse magis de reipublicæ salute, quàm de sua perturbetur, me ad ejus causam parem animi magnitudinem afferre non posse; tamen hæc novi iudicii nova forma terret oculos: qui quocumque inciderint, veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum tequirunt. non enim corona confessus vester cinctus est, ut solebat: non usitata frequentia stipati sumus nam illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt, non afferunt tamen oratori aliquid; ut in foro, & in iudicio, quamquam præsidii salutaribus, & necessitatiis læpti sumus, tamen ne non timere quidem sine aliquo timore possimus. Quæ si opposita Miloni putarem; *ad eum tempore*, iudices, nec intet tantam vim armorum existimarem oratori locum esse. Sed me recreat, & reficit Cn. Pompeji, sapientissimi, & iustissimi viri, consilium: qui profectò, nec iustitia sua putaret esse, quem reum sententia iudicum tradi disset, eundem telis militum dedere, nec sapientia, temeritatem concitata multitudinis auctoritate publica armare. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed præsidium denuntiant: neque solam, ut quieto, sed etiam ut magno animo simus, hortantur: neque auxilium modo defensionis meæ, verùm etiam silentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quæ quidem est civium, tota nostra est: neque eorum quisquam, quos undiq, intuentis ex hoc ipso loco

cernitis, unde aliqua pars fori adspici potest, & hinc exitum iudicii expectantis, non cum virtuti Milonis laetum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat. Unum genus est adversum, in se ipsum, quæ nobis, eorum, quos P. Clodii furor rapinis & incendiis, & omnibus exitiis publicis pavit: qui hesterna etiam concione incitati sunt, ut vobis voce præsent, quid iudicaretis quorum clamor si quis forte fuerit, ad monere vos debet. ut eum civem retineatis, qui sen per genus illud hominum, clamoresque maximos pro vestra salute neglexit. Quamobrem adeste animis, iudices, & timorem, si quem habetis, deponite. Nam, si umquam de bonis, & fortibus viris: si umquam de benemeritis civibus potestas vobis iudicandi fuit: si denique umquam locus amplissimorum ordinum delectis viris datus est ubi sua studia erga fortis, & bonos civis, quæ vultu, & verbis sæpe significassent, & sententia declararent: hoc profectò tenore eam potestatem omnem vos habetis, ut sit utatis, utrum nos, qui semper vestra auctoritati dedisti sumus, semper miseri iugeamus: an diu vexari à perditissimis civibus, aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiamque recreemur. Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosus? quid magis sollicitum, magis exercitum, dici, aut fingi potest: qui spe amplissimorum præmiorum ad rempubl. adducti, metu erudelitissimorum suppliciorum carere non possumus? Equidem ceteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas, quod semper pro bonis contra improbos senserat: in iudicio verò, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplis-

1. Morem iudiciorum requirunt. Quam variè legatur locus iste in missis patet ex editionibus nec ex discrepat solum, sed etiam Grammatici veteres, quos laudat amicus noster And. Schottus l. 1. Not. c. 14.
2. Non adferunt tamen oratori aliquid. Lambinus fidem secutus Muræti emendat adferunt tamen oratori horum aliquid, quod etiam reperi in u-

no alteroque meorum, verùm cum addit negativè, itaque negationem que tollam contra omnes liberos præferam cum plura sint exemplaria quæ stent pro vulgato.
3. Oratori locum esse. Aliquot mss. orationi, quod ultimum aptius opponi aranis putabat Gulhelm.

simplicissimi viri judicarent, numquam existimavi spem ullam esse habituros Milonis inimicos, ad ejus non salutem modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Quamquam in hac causa, judices, T. Annii tribunatu, rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis, ad hujus criminis defensionem non abutemur, nisi oculis videritis infidias Miloni à Clodio factas: nec deprecatur sumus, ut crimen hoc nobis multa propter praecleara in republicam merita condonetis: nec postulatur, ut, si mors P. Clodii salus vestra fuerit, ideoque eam virtuti Milonis potius, quam populi Romani felicitati assignetis, sed si illius infidiae clariores hac luce fuerint: tum denique obsecrabo, obtestaborque vos, judices, si certa amissus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum audacia, telisque vitam ut impune liceat defendere. Sed, antequam ad eam rationem venio, quae est propria nostrae quaestiois, videntur ea esse refutanda, 2. quae & in senatu, ab inimicis saepe iactata sunt, & in concione, ab improbis, & paullo ante ab accusatoribus: 3. ut, omni terrore sublato, rem plane, quae venit in iudicium, videre possitis. Negant *intueri licet* esse fas ei, qui à se hominem occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quae primum iudicium de capite vidit M. Horatii, fortissimi viri: qui, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitis liberatus est, cum sua manu sortem interfectam esse fateretur. An est quisquam qui hoc ignoret, cum de homine occiso queratur, aut negari forte otioso esse factum: aut recte, ac iure factum esse defendi? Nisi verò existimatis, demementem P. Africanum fuisse, qui cum à C. Carbone, tribuno plebis, in concione fediosè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit *iure casum videri*. Neque enim posset aut Ahala ille Servilius, aut P. Nafica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut, me conluè, senatus non nefarius haberi, si fecerat civis interfici nefas esset. Itaque hoc iudices, non sine causa etiam factis fabulis doctissimi homines memorae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset 4. variis hominum sententiis, 5 non solum divina, sed etiam sapientissimæ dex sententiâ liberatum. Quod si duodecim tabularum *vobiscum* fuerit, quoquo modo diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt: 6 quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gradium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus? Atqui si tempus est illum jure hominis necandi, quae multa sunt, certè illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, cum *vs* illata defenditur. Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris: interfectus ab eo est, cui vim afferebat: 7. *FACER* enim probus adolecens periculosè, quam perpetrari turpiter maluit. atque hunc ille vir summus, fecelere solum, periculo liberavit. *INSIDIA* TORI verò & IATRONI, quae potest afficri in ulla *nox*? Quid comitatus nostri, quid gradui volunt? quos habere certè non liceret, si

uti illis nullo pacto liceret. 7. Est igitur haec iudices, non scripta, sed *nata lex*: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: ut, si vita nostra in aliquos infidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. *SIL* *ERT* enim leges inter arma, nec se expectari jubent, cum ei, qui expectare velit, ante injusta poena luenda sit, quam iusta reperienda. Esti persipienter, & quodam modo tacite, dat ipsa lex potestatem defendendi: 8. quae non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa venit. ut, cum *causa*, non telum quaeretur: qui sui defendendi causa 9. telo esset usus, non hominis occidendi causa habuisset telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa, iudices, non enim dubito, quin probaturus sim vobis defensionem meam, si id memineritis, quod oblivisci non potestis, insidiatorem jure interfici posse. Sequitur illud, quod à Milonis inimicis sapissime dicitur, 10. *CADERE* M, in qua P. Clodius occisus est, senatum judicasse contra rempublicam esse factam. Illam verò senatus non sententiis suis solum, sed etiam studiis comprobavit. Quoties enim est illa causa à nobis acta in senatu? quibus assensionibus univesi ordinis? quam nec tacitis, nec occultis? Quando enim frequentissimo senatu quattuor, ad summum quinq; sunt inventi, qui Milonis causam non probarent? declarant hujus ambusti tribuni plebis illa intermortuae conciones, quibus quotidie meam potentiam invidiosè criminabatur, cum diceret, senatum non *quod sentires*, sed quod ego vellem, decernere. Quae quidem si potentia est appellanda potius, quam propter magna in rempublica merita, mediocris in bonis causis auctoritas, aut propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos *gratia* appelletur ita sane, dummodo ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum. Hanc verò quaestionem, etsi non est iniqua, numquam tamen senatus constituendam putavit. Erant enim leges, erant quaestiones, vel de *caede*, vel de vi; nec tantum *merorem*, ac luctum senatus mors P. Clodii afferebat, ut nova quaestio constitueretur. Cujus enim senatus, de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta: de ejus interitu quis potest credere senatum iudicium novum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiae, oppugnationem adium M. Lepidi, caedem hanc ipsam, contra rempublicam senatus factam esse decrevit? Quia *NULLA* vis unquam est in libera civitate suscepta inter civis, non contra rempublicam. 11. Non enim est illa defensio contra vim unquam optanda: sed nonnumquam est *necessaria*, nisi verò aut ille dies, in quo Ti. Gracchus est caesus, aut ille, quo Cajus, 12. aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si è republica, rempublicam tamen non vulnerant. Itaque ego ipse decervi, cum eadem in Appia factam esse conlatare, non eum, qui se defendisset, contra rempublicam fecisse: sed, cum inesset in re vis, & infidiae, crimine iudicio *restruavi*, rem *notavi*. Quod si peritiosum

1. Annii tribunatus, rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis, ad hujus criminis defensionem non abutemur, nisi oculis videritis infidias Miloni à Clodio factas. Sic missi aliquot, nisi quod Pall. necno ubi sic illud omnia.
 2. Quae est in senatu ab inimicis saepe iactata sunt, & in concione, ab improbis, & paullo ante ab accusatoribus: 2. ut, omni terrore sublato, rem plane, quae venit in iudicium, videre possitis. Ita omnino Vverdenſis codex, item H. trop. alius & Tur. ugar. adcaer. & Modius Novantiquorum Epitola XXXIX.
 3. Ut omni terrore sublato. Sic omnino in dique inſert etiam Schott, qui adcaer. libro III. Nodor cap. 13. vulgata. *revere*.
 4. Variis hominum sententiis. Ita omnino retinendum, quidquid caetera garria Lambinos.
 5. Nisi verò existimatis, demementem P. Africanum fuisse, qui cum à C. Carbone, tribuno plebis, in concione fediosè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit iure casum videri. Haud aliter conjecerat P. Haber lib. II. Semelstrum cap. 25. ad op. obanteque modo Pall. omnes, item eodd. Erf. H. it. V. verd. nisi quod h. d. *revere*. antea vulgabat. *domina*.
 6. Quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet. Legit Modius à Epist. XXXIX. *quis cum a quoquo modo quis interfectus est, ut ex men. bran. s.*
 7. Est igitur haec iudices. Ita omnino Pall. aliorumque missur. sic quasi concludo. male prus. cull; *est* *rum* *hac*.
 8. Quae non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa venit. Sic missi aliquot, nisi quod Pall. necno ubi sic illud omnia.

12m offendit; itaque reſcribit Guelm. qui non omnino. Lambinus eam vocem dedit. & verò abest exemplar. Basilicæ colonienſis. perſat. tamen in Palatinis novam & Crutiano.
 9. Telo esse usus non dominus. Nihil libri variant & ſententia claret. ea re mator Guelm. unde Lambinos huc tot alieni verbainſeruat.
 10. Cadem in qua P. Clodius occisus est. *Et c.* Haud aliter Vverdenſ. H. it. op. & Torring. hætenus deſuit nobis illud in. male, occifentim in ea caede ali quinq; præter Clodium.
 11. Nisi verò existimatis demementem P. Africanum fuisse, qui cum à C. Carbone, tribuno plebis, in concione fediosè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit iure casum videri. Haud aliter conjecerat P. Haber lib. II. Semelstrum cap. 25. ad op. obanteque modo Pall. omnes, item eodd. Erf. H. it. V. verd. nisi quod h. d. *revere*. antea vulgabat. *domina*.
 12. Aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si è republica, rempublicam tamen non vulnerant. Ita omnino Pall. aliorumque missur. sic quasi concludo. male prus. cull; *est* *rum* *hac*.

D. Egnit

uriosum illum tribunum, senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, novam quaestionem nunc nullam habere. decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quaereretur. Divita sententia est, posulante nescio quo, nihil enim necesse est omnium flagitia proferre. sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessionem sublata est. At enim Cn. Pompejus rogatione sua & de re, & de causa iudicavit. tulit enim de eade, quae in Appia via facta esset: in qua P. Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe ut quaereretur. Quid porro quaerendum est? factumne sit? At constat, a quo? At patet. Vidit, etiam in confessione facti, juris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset posse absolvi eum, qui fateretur: cum videret nos fateri: neque quaeri unquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando litteram, quam illam tristem dedisset. Mihi verò Cn. Pompejus non modo nihil gravius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. Nam qui non poenam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus, quaerendam, non interitum putavit. Jam illud dicit ipse profecto, quod sua sponte fecit, P. ne Clodio tribuendum patet, an *tempore*. Domi suz nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, patris patronus, avunculus hujus nostri iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pleb. M. Drusus, occisus est. Nihil de ejus morte populus consultus, nulla quaestio decreta à senatu est. Quantum luctum in hac urbe fuisse à nostris patribus accepimus, cum P. Africano domi suz quiescenti illa nocturna vis esset illata? quis tum non genuit? quis non arsit dolore? quem *immortalem*, si fieri posset, omnes esse cuperent, ejus ne necessariam quidem expectaram esse mortem? Num igitur ulla quaestio de Africani morte lata est? certe nulla. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obscuro necantur. Interfit inter vitae dignitatem summorum, atque infimorum, mors quidem illata per scelus iisdem & poenis teneatur, & legibus. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit: aut eo mors atrocior erit P. Clodii, quod is in monimentis majorum suorum sit interfectus. hoc enim saepe ab istis dicitur. perinde quasi Appius ille Caecus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinaerentur. Itaque in eadem ista Appia via, cum ornatisimum equitem Romanum P. Clodius M. Papiam occidisset, non fuit illud facinus puniendum. homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat. Nunc ejusdem Appiae nomen quantas tragordias excita? quae cruentata antea caede honesti atque innocentis viri, *filibatur*. eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis, & parricidae sanguine imbuta est. Sed quid ego illa commemorato? comprehensus est in templo Caistoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompejum interficiendum collocarat. extorta est conscientia sic de manibus, caruit foro postea Pompejus: caruit senatu. caruit publico: janua se, ac parietibus, non jure legum, iudiciorumque texit. num quaeratio lata? num qua nova quaestio decreta est. Atqui, si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe haec in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator, erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso senatus: ei, viro autem mors parabatur, cujus in vita nitebatur *salus* civitatis: eo porro reipublicae tempore, quo si unus ille occidisset, non haec solum civitas, sed gentes omnes concidissent. nisi forte quia perfecta res non est, non fuit pu-

nienda: perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilo minus. Quoties ipse, iudices, ex P. Clodii telis, & ex cruentis ejus manibus effugi? ex quibus si me non mea, vel reipublicae fortuna servasset, quis tandem de interitu meo quaestionem tulisset? Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompejum, nosmetipsos, cum P. Clodio conferre audeamus. tolerabilia fuerunt illa: P. Clodii mortem aequo animo nemo ferre potest. Luget senatus: moeret equeister ordo: tota civitas confecta lenio est: squalent municipia: afficiuntur coloniae: agri denique ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam manuetum civem desiderant. Non fuit ea profecto causa, iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompejus quaestionem ferendam: sed homo sapiens, & alta quadam mente praeditus, multa vidit: fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem. In communi omnium latitia si etiam ipse gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides *concessit gratia*, multa etiam alia vidit, sed illud maxime: quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicatos. Itaque delegit à florentissimis ordinibus ipsa luminaria: neque verò, quod nonnulli dicunt, secretum in iudicibus legendis amicos meos neque enim hoc cogitavit ut justissimus, neque in bonis viris legendis id a se qui potuisset, etiam si cupisset. non enim mea gratia familiaritibus continetur, quae late patere non possunt, propterea quod consuetudines victus non possunt esse cum multis. sed, si quid possumus, ex eo possumus, quod 2 reipublica non conjunxit cum bonis. ex quibus ille cum optimos viros legeret, idque maxime ad fidem suam pertinere arbitratetur, non potuit legere non studiosos mei. 3 Quod verò te, L. Domiti, huic quaestioni praesse maxime voluit, nihil quaesivit aliud, nisi justitiam, gravitatem, humanitatem, fidem. tulit, ut consularem necesse esset: credo, quod PRINCIPUM munus esse decebat, resistere & levitati multitudinis, & perditioni remeritati. ex consulatibus creavit potissimum, dederas enim, quam contemneres populareis infanias, jam ab adolescentia documenta maxima. Quamobrem, iudices, ut aliquando ad causam, crimenque veniamus: si neque omnis confessio facti est in iudicium, neque de causa quidquam nostra aliter, ac nos vellemus, à lenatu iudicatum est: & lator ipse legis, cum esset controversia nulla facti, juris tamen duceptionem esse voluit: & electi iudices, & isti praepositi quaestioni, qui haec iuste, sapienterque disceptet: reliquum est, iudices, ut nihil jam aliud quaerere debeatis, nisi, *uter utri infamia fecerit*: quod quo facilius argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breviter expono, quaeso diligenter attendite. P. Clodius cum statuisset omni scelere in praetura vexare reipublicam, videretque ita tracta esse comitia anno superiore, ut non multos menses praeturam gerere possit: qui non honori gradum spectaret, ut ceteri, sed & L. Paullum collegam esse gerere vellet, singulari virtute civem, & annum integram ad dilacerandam reipublicam quaereret: subito reliquit annum suum, leque in annum proximum transiit, non religione aliqua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad praeturam gerendam, hoc est ad evertendam reipublicam, plenum annum, atque integram. Occurrebat, maniam ac debilem praeturam suam futuram, consule Milone: eum porro summo consensu pop. Rom. consulem fieri videbat, contulit te ad ejus competitors: sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam invitis illis, guber.

1. Equitem Romanum P. Clodius M. Papiam occidisset. Visum fuit revocare quod legabatur in Vverdenf. & Hittorp. liquido enim patet in P. Clodii appellatione emphasin quaesiram. & alioquin nomen istud praeter etiam l. ber Erfordienfis, mirandam solummodo abesse nostris Pall-Italiciis.

2. Resp. ut conjunxit cum bonis. ER à Turing & Vverden. nam prius

cui cum multis. falsò illum verò resp. dixisset: à multis, hoc est, nisi Latine loqui volumus, à multis: ut annotat Gulhelm. erat in Fabriciano cum multis equitibus; adeo ut patet aliorum mansisse à libris.

3. Quod verò te L. Domiti. Ita A. Conius, ita n. nostri, non Cn. qui etiam controversiam mover. Andr. Schottus lib. III. Nodor. c. 3.

1. Collum

ubernaret: tota ut comitia suis, ut dicitur, humeris
sustineret. convocabat tribus: se interponebat: Collina
nam novam, delectu perditissimorum civium conscribebat.
Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies
convalescebat. Ubi vidit homo ad omnia facinus paratissimus,
fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum
consulem, idque intellexit non solum sermonibus,
sed etiam suffragis populi Romani saepe esse declaratum:
palam agere cepit, & aperte dicere, *occidendum Milo-*
nem. Servos agrestis, & barbaros, quibus silvas publicas
depopulatus erat, Etruriamque vexarat, ex Apennino de-
duxerat, quos videbatis. res erat minimè obscura. etenim
palam dicitur, consulatum Miloni eripi non posse: vi-
tam posse, significavit hoc saepe in senatu: dixit in con-
sione. quin etiam Favonio, fortissimo viro, querenti ex
eo, qua ipse fureret, Milone vivo: respondit, triduo illum,
ad summum quatrinduo periturum, quam vocem ejus ad
hunc M. Catonem statim Favonius detulit. Interim cum
sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter sole-
ne, legitimum, necessarium, ante diem XIII. Kalendas Feb.
Miloni esse Lanuvium ad flammam prodendum, quod
erat dictator Lanuvii Milo: Roma subito ipse profectus
pridie est, ut ante suum fundum (quod re intellectum est)
Miloni insidias collocaret. atque ita profectus est, ut con-
ditionem turbulentam, in qua ejus furor desideratus est, qua
illo ipso die habita est, relinqueret: quam, nisi obire faci-
noris locum, tempusque voluisset, numquam reliquisset.
Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus di-
missus est: domum venit: caecoes, & vestimenta muta-
vit: paullisper, dum se uxor, (ut sit) comparat, commo-
ratus est: deinde profectus est *id tempus*, cum jam Clodius,
siquidem eo die Romam venturus erat, redire po-
tuisset. obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rhea-
da, nullis impedimentis, nullis Gracis comitibus, ut sole-
bat: sine uxore, quod numquam ferè: cum hic insidiator,
qui iter illud ad eadem faciendam apparatusset, cum uxore
vehere in rhexa, parriculus, vulgi magno impedimento,
ac muliebri ac delicato ancillarum, puerorumque comi-
tatu. Fit obviam Clodio ante fundum ejus hora ferè undecima,
aut non multo secus. statim complures cum telis
in hunc faciunt *de loco superiore* impetum ad verum rhexadum
occidunt. cum autem hie de rhexa rejecta panula, desi-
luisset, seque acri animo defenderet: illi, qui erant cum
Clodio, gadiis eductis, partim recurrere ad rhexam, ut à
tergo Milonem adorirentur: partim, quod hunc jam inter-
fectum putarent, cadere incipiunt ejus servos, qui post
erant: ex quibus qui animo fideli in dominum erant, &
praesenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad rhex-
dam pugnari viderent, & domino succurrere prohiberen-
tur, Milonemque occisum etiam ex ipso Clodio audirent,
& ita esse putarent: fecerunt id servi Milonis (dicam enim
non derivandi criminis causa, sed ut factum est) neque im-
perante, neque sciente, neque praesente domino, quod suos
quaque servos in tali re facere voluisset. Hæc, sicut expo-
sui, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus, vi victa
vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico,
quid temp. consecuta sit: nihil, quid vos: nihil, quid omnes
boni: nihil sanè id pro Miloni, qui hoc fato natus est, ut
nese quidem servare potuerit, quin unà rempublicam,
vosque servaret. Si id jure non posset: nihil habeo, quod

defendam. sin hoc & ratio, doctis, & necessitas barbaris, &
magis gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem
semper vim, quacumque ope possent, à corpore, à capite,
à vita sua propulsarent: non potestis hoc facinus impro-
bum judicare, quin simul judicetis, omnibus, qui in *latro-*
ne incidant, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse
pereundum. Quod si ita putasset: certè optabilis Miloni
fuit dare jugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum
primum petito, quam jugulari à vobis, quia se illi non
jugulandum tradidisset. sin hoc nemo vestrum ita sentit:
illud jam in iudicium, venit, non, occisusne sit, quod fa-
temur: sed *jure, an injuria*: quod multis antea in causis
jam quaesitum est. Insidias factas esse constat: & id est,
quod senatus contra repub. factum judicavit. ab utro fa-
cta sint, incertum est. de hoc igitur latum est ut quaerere-
tur. Ita & senatus rem, non hominem, notavit: & Pom-
pejus de jure, non de facto quaestionem tulit. Numquid
igitur aliud in iudicium venit, nisi, uter utri insidias fece-
rit? profectò nihil. si hic illi: ut ne sit impunè. si ille
huic: tum nos scelere solvamus. Quoniam igitur pacto pro-
bari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? factus est qui-
dem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere, magnam
ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam,
magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum, cui *RO-*
NO FUERIT, in his personis valeat. etsi boni nullo emolu-
mento impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. At-
qui Milone interfecto, Clodius hoc assequatur, non mo-
dò ut prator esset non eo consule, quo scelere nihil facere
posset: sed etiam ut his consulibus prator esset, quibus si
non adjuvantibus, at conniventibus certè, perasset se posse
repub. eludere in illis suis cogitatis furoribus. cujus illi
conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere
cuperent, cum tantum beneficium ei se debere arbitra ren-
tur: & si vellent, fortasse vix possent, frangere hominis
sceleratissimi corroboratam *jam vestrate* audaciam. An
verò iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe ver-
samini? vestra peregrinantur aures, neque in hoc pervaga-
to civitatis sermone versantur, quas ille leges (si leges no-
minanda sunt, ac non *facies urbis, & pestes resp.*) fuerit im-
positurus nobis omnibus atque infortunus? Exhibe, qua-
so, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum,
quod te ajunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turba-
que nocturna, tanquam Palladium sustulisse, ut præclarum
inde munus, ac instrumentum tribunatus ad aliquem, si
nactus esses qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre
posses. Et adpexit me illis quidem oculis, quibus tum
solebat, cum omnia omnibus minabatur. Moyer me
quippe lumen curiae? Quid? tu me iratum Sexte, putas tibi,
cujus tu inimicissimum multò crudelius etiam punitus es,
quam erat humanitatis mea postulare? Tu P. Clodii cruen-
tum cadaver eiecisti domo, tu in publicum jecisti: tu spolia-
tum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis
lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum
reliquisti. quam rem etsi necessariò fecisti, tamen quoniam
in meo inimico crudelitatem expromisti tuam, laudare
non possum, irasci certè non debeo. P. Clodii præturam
non sine maximo rerum novarum metu proponi, & so-
lutam fore videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet,
possetque constringere. cum Milonem esse cum sentiret
universus populus Rom. quis dubitaret suffragio suo, se
metu,

P P

1. *Collina nam novam delectu perditissimorum civium conscribat.* Debetur codicibus Ahalæ, Vverd. & Fabriciano. prius erat, *Collina nam novam delectu perditissimorum civium*. Illud *Collina* sitantem item Pallipierque, quorum tamen nonnulli *collivium* quod examinari meretur.
2. *Nese possent, superari reprimere.* Ita P. Manutius legendum censuit, nam vulgata inverio ordines, nec *superari resp. possent*, probabatque Gualtelmii, & requirit ratio, haud tamen juvant illi mss. nostri: quamvis de suis id affirmet Lambinus.
3. *Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe, etc.* Turingicus, *Exhibe, exhibe,*

Sex. Clodi, exhibe. quæ repetitio otiosa non est. & advertant Critici, heic rursus eum scribam vocari *Clodium*, non in illo tantum libro, sed & aliis.

4. *Metu proponi, & solutam fore videbatis nisi esset is Consul, etc. constringere.* Exhibi lectionem mss. librorum, tantummodo interpositum mandato Gualtelmii, & nam illud *solutam*, erat in Vverdenti; sicque legendum suadet sequens *constringere*. Vulgata habebat, *metu proponi solutam esse, etc. constringere.*

metu, periculo temp. liberare? At non, P. Clodio remoto, uisatis jam rebus eritendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. singularis illa huic uni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, jam morte Clodii cecidit. Vos adepti estis, ne quem civem metueretis: hic exercitationem virtutis, suffragationem consulationis, fontem perennem gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulationis, qui, vivo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentata incipit. non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodii mors Miloni. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, et fuit ultor iniuriarum, punitor doloris sui. Quid, si hæc, non dico majora fuerunt in Clodio, quam in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, segetem, ac materiam suæ gloriæ, præter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat ut odisset, primum defensorem salutis meæ; deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum; postremo etiam accusatorem suum. reus enim Milonis, lege Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine iniusto, quam etiam iustum? Reliquum est, ut jam illum natura ipsius, consuetudoque defendat. hunc autem hæc eadem coarguant: nihil per vim unquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, iudices? cum merentibus vobis urbe cecidi, et iudiciumne timui? non servos, non arma, non vim? Quæ fuisse igitur causa restituendi mei, nisi ei fuisset iniusta eiciendi? Diem mihi, credo, dixerat: multam irrogat: actionem perditionis intenderat, et mihi, iudices, in causa aut vestra mala, aut mea nec præclarissima, etiam iudicium timendum fuit. Servorum, et egentium civium, et facinorosorum, armis meos civis, meis consiliis, periculisque servatos, pro me obijci nolui. Vidi enim, vidi hunc ipsum Qu. Hortensium, Iuvenem, et ornamentum reip. præne interfici servorum manu, cum mihi adesset: qua in turba C. Vibienas, senator, vir optimus, cum hoc cum esset una, ita est multatus, ut vitam amiserit. Itaque quando illius postea sic illa, quam à Cætilina acceperat, conquevit? Hæc intentata nobis est: huic ego vos obijci pro me non sum passus: hæc insidiata Pompejo estis: hæc istam Appiam, monumentum sui nominis, nec Papirii cruentavit: hæc, hæc eadem longo intervallo convertita rursus est in me: nuper quidem, ut scitis, me ad regiam panem confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius, cum in iudicium detrahi non posset, vi oppressam civitatem teneret, quem si interficere voluisset, quantæ quoties occasiones, quam præclara fuerunt? Potuitne, cum domum, ac deos Penates suos, illo oppugnante, defendere, jure se ulcisci? potuitne, cive egregio, et viro fortissimo, P. Sextio, collega suo, vulnerato? potuitne, Q. Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro cade facta? potuitne, L. Cæcili, iustissimi, fortissimique prætoris, oppugnata domo? potuitne illo die cum est lata lex de me? cum totius Italiae concursus, quem

mea salus concitavit, facti illius gloriæ libens aggressus, ut, etiam si id Milo fecisset, cuncta civitas eam laudem pro sua vindicaret? At qui erat id temporis clarissimus, et fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus, ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestre voluntatis, patronus illius publici consensu, resistitor salutis meæ: septem prætores, octo tribuni plebis, illius adversarii, defensoris mei; Cn. Pompejus auctor, et dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam, et ornatissimam secutus est: qui populum Rom. cohortatus est: qui, cum de me decretum Cæpæ fecisset: ipse cuncta Italiae cupienti, et ejus fidem imploranti, signum dedit, ut ad me restituendum Romanam concurrerent. omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei: quem qui tum interemisset, non de impunitate ejus, sed de præmiis cogitaretur. Tamen se Milo continuit, et P. Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquam vocavit. Quid? privato Milone, et reo ad populum, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompejum pro Milone dicentem imperus factus est: quæ tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Nuper vero cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus reip. partem fortissimè suscepisset, atque illam belluam judicium laqueos declinantem, jam iretiam teneret: qui locus, quod tempus illud, dii immortales, fuit? cum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua invidia, Antonii vero maxima gloria? Quid? comitiis in campo quoties potestas fuit? cum ille vi in saxa irruisset, gladios distinguendos, lapides jacendos irruisset, deinde subito, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos, et omnes boni vota facerent, ut Miloni uti virtute sua liberet? Quem igitur cum omittam gratia noluit: hunc voluit cum aliquere querela? quem jure, quem loco, quem tempore, quem impunè non est ausus: hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitavit occidere? præsertim, iudices, cum honoris amplissimi contentio, et dies comitiorum subesset: quo quidem tempore (scio enim, quam turba sit ambitio, quantaque, et quam sollicita cupiditas consulationis) omnia non modo, quæ reprehendi potest, sed etiam quæ obscurè cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium, atque oculos intuemur. nihil enim est tam molle tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque civium: qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in re recte factis suspecti sunt. Hunc diem igitur eampi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus, et facinus in præse ferens, et confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quam hoc non creditibile in hoc: quam idem in Clodio non dubitandum: et quomodo se ille interfecto Milone, regnaturum putaret? Quid? quod capere audeat: est iudices: quis ignorat, MAXIMA illecebram esse peccandi, impunitatis spem? In utro igitur hæc fuit?

in

1. At non, P. Clodio remoto, uisatis jam rebus eritendum, &c. Sic Erf. & Vverd. exstantque illud eritendum, etiam in Pall. recepta lectio habebat merens, item solvitendum male pervertit hæc sententiam Lambinus. nec profecit Vv. lib. XXI. c. 18.
2. Fuit ultor iniuriarum. Sic omnes Pall. non fieri, ut vulgo.
3. Et in homine iniusto, quam etiam in iusto? Secutus sum P. Vv. lib. libenter admodum eum vidisse ei favere Palat. secundum, quartum, aliosque, nam alie ed. incepte adiecerant quibus esse vel, ipsum fuisse.
4. Iustissimus cruentavit. Locus suppletus est ex Taring. Vverd. & Fabr. indeque habuit Lambinus, licet taceat.
5. In causa vestra, &c. Melius forte Vverd. inquit Guilhelm. in causa aut malis aut meison & præclarissima, et vestra iudicium timendum fuit.
6. Hæc istam Appiam, monumentum sui nominis, &c. Abijci viam, quod non exstant in Pall. in Grat. immo ne quidem in olim impressis, nimis quam ex-

primur per istam.

7. Hæc eadem longo intervallo convertita, &c. Sic Erf. vocela geminata, valde eleganter.

8. At qui erat id temporis clarissimus, &c. Basilic. & Vverd. et quod erat tempus clarissimum, cui alludunt etiam aliqui Pall. in quibus, et qui erat tempus.

9. Cum ille vi in saxa irruisset. Abest à m. l. v. et variant iidem in verbo irruisset, quare Guilhelm. legit cum Basil. cum ille in saxa irruisset.

10. In re recte factis suspecti sunt. Ita uno ore Pall. & Guilhelm. excul. non ut vulgo, recte factis suspecti sunt.

11. Præse ferens, et confitens. Colon. confidens, quod ardebat Guilhelm. confidens enim candidatis dum auspiciam perageret augur.

12. Quis se ille interfecto Milone, &c. Sic Vverd. Erf. & Fabr. etiam Pall. sed excludunt illi.

I. C.

In Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari, aut certe necessarii? an in Clodio? qui ita iudicia, poenamque contemnerat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam factus esset, aut per leges liceret? Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te, Q. Petilli, appello, optimum, & fortissimum civem; te, M. Cato, testor: quos mihi divina quædam fors dedit iudices. Vos ex M. Favonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis, vivo Clodio periturum Milonem triduo, post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Cum ille non dubitaret aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? Quemadmodum igitur eum dies non fecerit? dixi quidem modò. Dictatoris Lanuvini facta sacrificia nocte, negotii nihil erat. vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso, quo profectus est, die, itaque antevertit. At quo die? quo, ut ante dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario tribuno plebis est concitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus appropinquaret, numquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam cauta manendi. Miloni manendi nulla facultas, exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. Quid, si, ut ille scivit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari quidem potuit? Primum quæro, qui scire potuerit, quod vos idem in Clodio quærite non potestis, ut enim neminem alium, nisi T. Patinam, familiarissimum suum, rogasset, scire potuit, illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi faminem necesse esse. Sed erant percontati alii, ex quibus id facillime scire posset: omnes scilicet Lanuvini. Milo de Clodii reditu unde quæsit? quæsierit sanè videte, quid vobis largiar. servum etiam, ut Arius, meus amicus, dixit, corrupserit. Legite testimonia testium vestrorum, dixit C. Cassinus, cognomento Scolia, inter amnis 2 familiarissimus, & idem comes P. Clodii: cuius jam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnæ fuerat, & Romæ, P. Clodium illo die in Albano manurum fuisse: sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum Architectum esse mortuum: itaque Romam repente constituisse proficisci. dixit hoc comes item P. Clodii, C. Clodius. Videte, iudices, quantæ res his testimoniis sint contextæ. primum certè liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur in via Clodio: quippe qui ei obvis futurus omnino non erat. deinde (non enim video, cur non meum quoque agam negotium) levis iudices, fuisse, qui in hac rogatione tuadenda dicerent, Milonis manu eadem esse factam, consilio verò majoris alicujus. Videlicet me latronem, ac ficiarium abjecti hominis, & perditum describentem. Jacent fuis testibus ii, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse reditum. Respiravi, liberatus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc persequar cetera: nam occurrit illud: ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus, siquidem exiturus ad eadem de villa non fuisset. Video enim, illum, qui dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. nam quid de Cyro nuntiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquetur morientem? Unà fuit: testamentum simul obignavicum Clodio: testamentum autem palam fecerat, & illum heredem, & me scripserat, Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postri-

die hora decima denique ei nuntiabatur? Age, si ita factum; quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem se conjiceret? quid assererebat causa festinationis? quod heres erat? primum erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie manè Romam venisset? Atque, ut illi nocturnus ad urbem adventus vitandus potius, quam expetendus fuit: sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subidendum, atque expectandum fuit. noctu, invidioso, & pleno latronum in loco occidisset, nemo ei neganti non credidisset, quem esse omnes saluum, etiam consentem, volunt. Sustinisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator, & receptator locus, dum neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonem: & deinde ubi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspensionem caderent: tota denique res citaretur Etruria. Atque illo die certè Aricia rediens & devertit Clodius ad se Albanum. Quod nisi sciret Milo, illum Ariciæ fuisse, suspicari tamen debuit, eum, etiam si Romam illo die reverti veller, ad villam suam, quam viam tangeret, deverturum. cur neque ante occurrit, ne ille in villa resideret? nec eo in loco subsedit, quò ille noctu venturus esset? Video adhuc constare omnia, iudices: Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere; illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis: odium fuisse illius in hunc acerbissimum, in illum hujus nullum consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda; hujus tantum in repellenda: mortem ab illo denuntiatam Miloni; & prædictam palam; nihil umquam auditum ex Milone; protectionis hujus diem illi notum; reditum illius huic ignotum fuisse. hujus iter necessarium; illius etiam potius alienum: hunc præ se tulisse, se illo die Roma exiturum; illum eo die se disimulasse reditum: hunc nullius rei mutasse consilium; illum causam mutandi consilii finisse: huic, si insidiaretur, noctem prope urbem expectandam; illi, etiam si hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum. Videamus nunc id, quod caput est: locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt, utri tandem fuerit prior. Id verò, iudices, etiam dubitandum, & diutius cogitandum est? Ante fundum Clodii: quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur Valentium, 7 edito adversarii atque excelso loco superiorem se fore putabat Milo, & ob eam rem eum locum ad pugnam potissimum elegerat? an in eo loco est potius expectatus ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitavit? Res loquitur, iudices, ipsa: quæ semper valet plurimum. Si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen apparet, uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, cum alter veheretur in rheda perculatus, unà federet uxor. quid horum non impedissimum? vestitus an vehiculum, an comes? quid minus promptum ad pugnam, cum percula irretitus, rheda impeditus, uxore perne constrictus esset? Videte nunc illum, primum egredientem sè de villa, subito; cur? vesperis; quid necesse est tarde; qui convenit, id præsertim temporis? Divertit in villam Pompeji. Pompejum ut videret? sciebat in Alfiensi esse villam ut perspiceret? millies in ea fuerat, quid ergo erat? mora, & tergiversatio, dum hic veniret, locum re-

P p 2 linquer

1. C. Cæcilius cogn. Scolia. Erf. & Basil. C. Annius Scolia Interamnensis, quos sequitur Golielm.

2. Familiarissimus & idem comes. Ita quoque Vverd. & Hist. probavitque item è suis Modius noster Epist. XXXIX. Novantiquor. retro vulgata familiaris meus.

3. Nihil de Cyro audisset, fuisse reditum. J. Ita Hitcorp. Erfued. alique scripti. Pall. tamen audistis, reditum fuisse, editi, audistis esse, reditum fuisse.

4. Quod adversarii causa festinationis. Est ab Basil. nam Pall. non habet causa, sed tamen festinationis, vulgò festinationem.

5. Deinde ubi multi ab eo violati. Tò ubi à Basil. abest, & videtur Golielm. aut tollendum, aut mutandum in ubi, tametsi non negor defendi

etiam posse vulgatum. 6. Devertit Clodius ad se ad Albanum. Id est ad villam suam, ita libet Colon. nam ceteri desistuntur illo ad se.

7. Editio adversarii atque in excelso loco. Sic ferè Erf. & Colon. quibus hujus loci restitutio haud dubiè deberet: qui in publicatis libris & mutilis & corruptis.

8. E villa, fuit; cur? & c. Flagitium Lambini, qui hæc omnia pervertit duobus verbis ejectis, omnino necessitas adhibita quidem interruptionis Golielmianæ luce.

9. Quod ergo erat? mora, & tergiversatio. Sic Basil. melius quam vulgati, erat mora & tergiversatio.

inquere noluit. Agē: nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate. Semper ille antea cum uxore: tum sine ea. numquam non in rheda: tum in equo. comites Græculi, quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat: tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum casu pueros symphonicos uxoris ducebat, & ancillarum greges. ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat, tum neminem, nisi ut *virum à viro lectum esse diceret*. Cur igitur victus est? quia NON SEMPER viator à latrone, nonnumquam etiam latro à viatore occiditur: quia, quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier incidit in viros. Nec verò sic erat unquam non paratus Milo contra illum, ut non satis ferè esset paratus. semper ille & quantum interesset P. Clodii se perire, & quanto illi odio esset, & quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrem vitam suam, quam maximis præmiis propositam, & panē addictam sciebat, numquam in periculum sine præsidio, & sine custodia projiciebat. adde casus, adde incertos exitus pugnarum, *Martemque communem*: qui sæpe spoliante[m] jam, & exultantem evertit, & percutit ab abjecto. adde incertam prænsi, poti[us] oscitantis ducis: qui cum à tergo hostem interclusum reliquisset: nihil de ejus extremis comitibus cogitavit: in quos incenderet ira, vitamque domini deperantem cum incidisset, hæsit in iis poenis, quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt. Cur igitur eos emanumisit? & metuebat scilicet, ne indicarent: ne dolorem perferre non possent: ne tormentis cogere[n]tur, occisum esse à servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid queris? occiderintne? occidit. Jure, an injuria? nihil ad tortorem. FACTI enim in euleo quaestio est, juris in iudicio. Quod igitur in causa querendum est, id agamus hic: quod tormentis invenire vis, id fatemur. Manu verò cur miserit, si id potius queris, quam cur patum amplius assecerit præmiis: necis inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter, & fortiter, M. Cato: dixitque in turbulenta concione, quæ tamen hujus auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Quod enim præmium, satis magnum est tam benevolis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit? et si id quidem non tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine, & vulneribus suis, crudelissimi inimici mentem, oculosque *satiasti*, quos nisi manumississet, tormentis etiam defendi fuissent, conservatores domini, ultores sceleris, dedensores necis. Hic verò nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis mercedem præmium perfolutum, sed quaestiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibusnam de servis? rogas? de P. Clodii. Quis eos postulavit? Appius, quis produxit? Appius. unde? ab Appio. Dii boni, qui potest agi severius? De servis nulla quaestio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium. Proximè deos accessit Clodius, propius quam tum, cum ad ipsos penetrarat: cuius de morte, tamquam de caeremoniis violatis, queritur. Sed tamen majores nostri in dominum de servo qua-

si noluerunt, non quia non posset verum inveniri, sed quia videbatur indignum, & dominis morte ipsa tritura. In reum de servis acculatoris cum queritur, verum inveniri potest? Age verò, quæ erat, aut qualis quaestio? Heus ubi Rufio? verbi causa? Clodius infidias fecit Miloni? Eicit. Certa crux. Nullas fecit sperata libertas. Quid hac quaestione certius? Subito arrepti in quaestione[m], tamen separantur à ceteris, & in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis loqui possit. Hi centum dies penes accusatorem cum fuissent ab eo ipso *accusatore* producti sunt. Quid hac quaestione dici potest integrius? quid incorruptius? Quod si nondum satis cernitis, cum res ipsa tor, tam claris argumentis, & signisque luceat, pura mente, atque integra Milonem, nullo seelere imbutum, nullo metu pesterrimum, nulla conscientia exanimatum, Romam revertisse: recordamini, per deos immortales, quæ fuerit celeritas reditus ejus: qui ingressus in forum, ardente curia: quæ magnitudo animi, qui vultus, quæ oratio. Neque vero se populo solum, sed & etiam senatui commisit: neque senatui modo, sed etiam publicis præsidii, & armis: neque his tantum, verum etiam ejus potestati, cui senatus totam rem publicam, omnem Italix pubem, cuncta populi Rom. arma commiserat. cui nunquam se hic profecto tradidisset, nisi causæ suæ confideret; præsertim omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. MAGNA VIS est conscientia, judices, & magna in utramque partem: ut neque timeant, qui nihil commiserint: & penam semper ante oculos verari putent, qui peccarint. Neque verò sine ratione certa, causa Milonis semper à senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. An verò oblitus estis, judices, recenti illo nuntio ne sis Clodiana non modo inimicorum Milonis sermones, & opiniones, sed nonnullorum etiam impetitorum? negabant eum Romam esse rediturum. Sive enim illud animo irato, se perire fecisset, ut incensus odio lucidaret inimicum: arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut æquo animo patria careret, cum sanguine inimici expletet odium suum: sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, secum auferret gloriam sempiternam, nobis hæc fruenta relinqueret, quæ ipse servasset. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta loquebantur: *NUMPER*, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. Miseros interdum civis, optime de rep. meritos! in quibus homines non modo res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias *suspiciantur*. Ergo illa facta fuerunt: quæ certè vera existissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honestè, vereque defendere. Quid, quæ postea sunt in eum congesta? 10 quæ quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia percussissent, ut sustinuit, dii immortales? sustinuit? immò verò ut contempsit, ac pro nihilo putavit? quæ neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset, scutorum, gladiatorum, frenorum, sparorum, pilorumque etiam multitudo deprehendi posse indicabatur. nullum in urbe vicum, nullum

angi-

1. In imparatos Clodius, tamen mulier, etc. In eod. Basilic. Clodius, ipse Clodius tamen mulier; repetitione non injucunda quidem: sed quam neccitas, an glossa sit ad vocem mulier.
2. Sine custodia properabat. Non displicat scriptura Erford. Hicorp. & Vverd. properabat. antea impressis: properabat.
3. Metus scilicet ne indicarent. Malui istud c. in Turingico, cum sequeretur, passim & exegerunt, vulgo indicarent.
4. Id agamus hic; quod. Haud aliter idem mss. hic, in causæ cognitione scilicet, & ipso iudicio.
5. Et dominis morte ipsa tritura. Egregia hæc emendatio debetur Col. Fab. & Vverd. sententia planissima: licet neget Lamb. homo aliquando Lynceo oculator, aliquando talpa cæcis magis, necum heic sentit Andr. Schottus amicus, qui ad eatur lib. 3. Nod. cap. 13.
6. Metus in Rufio (verbi causa) Clodius, etc. Secutus sum Pall. prius

editi, Rufio subhi Casca? Clodius, ridiculè Abala liber item Erf. & Vverd. habebant amplius, verbi causæ mentis. Clodius, neque reprehendatim.
7. Signisque luceat. Guelicimus conjicit luceat, non malè.
8. Etiam canari commisit. Est ab Erf. Hic. & Vverd. nam Pall. & Grut. verbum nullum heic agnoscent, ne dum vulga un. *radidit*.
9. Imperitiorum negabant eum. Expuncti voculam qui, interpositam auctoritate Pall. com Guelicim. anorum.
10. Quæ quomodo tu au med. del conscientia percussissent. Ita lego ex Col. Fab. & Vverd. sententia planissima: licet neget Lamb. homo aliquando Lynceo oculator, aliquando talpa cæcis magis, necum heic sentit Andr. Schottus amicus, qui ad eatur lib. 3. Nod. cap. 13.

angipertum esse dicebant, in quo Miloni non esset condenda domus: arma in villam Oeneculanam devecta Tiberi: domus in clivo Capitolino secus referta: plena omnia malicorum ad urbis incendia comparatorum. Hac non delata solium, sed parè credita: nec antè repudiata sunt, quam quæsit. Laudabam equidem incredibilibus diigentiam Cn. Pompei: sed dicam, ut sentio, iudices NIMIS MULTA audire coguntur, neque aliter facere possunt ii, quibus tota commissa est resp. Quin etiam audiendus sit Popa Licinius, nescio quis, de circo maximo: servos Milonis apud se ebrios factos, tibi confessos esse de interficiendo Cn. Pompeio conjurasse: deinde postea se gladio percussurum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiavit. A recessoribus primis, de amicorum sententia rem defert ad senatum. Non poteram in illius mei, patriæque custodis tanta suspitione non metu exanimari: sed mirabar tamen, credi Popæ confessionem servorum audiri: vultus in latere, quod acu punctum videretur, pro istu gladiatoris probari. Verum tamen, ut intelligo, cavebat magis Pompeius, quam timebat, non ea solùm, qua timenda erant, sed omnino omnia. *ne aliquid vos timeretis.* Oppugnata domus C. Cæsaribus, clarissimi, & fortissimi viri, per multas noctis horas nuntiabat. nemo audierat tam celebri loco, nemo senecerat, tamen audiebatur. non poteram Cn. Pompeium, præstantissima virtute civem, timidum suspicari: diligentiam, tota repub. suscepta, nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio fenator inventus est, qui Milonem cum telo esse diceret. nudavit se in sanctissimo templo, quoniam *vita talis & civis, & viri, fidem non faciebat, nisi, eo tacente, res ipsa loqueretur.* Omnia falsia, atque infidiosa fida comperta sunt. Quod si tamen metuit etiam nunc Milo, non hoc jam Clodianum crimen timeamus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim iam appello ea voce, ut me audire possis) 3 tuas, tuas, inquam, suspitiones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefarie aut nunc cogitare, aut mox tum aliquando a liquid putas: si Italia delectus, ut nonnulli conquisitores tui dicitant, si hæc arma, si Capitolina cohortes, si excubiti, si vigiliæ, si delecta juvenus, quæ tuum corpus, domumque custodit, contra Milonis impetum armata est, atque illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt: magna in hoc certe vis, & incredibilis animus, & non unius viri vires, atque opes indicantur, si quidem in hunc unum & præstantissimum dux electus, & tota resp. armata est. Sed quis non intelligit, omnes tibi reip. partes ægras, & laborantes, ut eas his armis sanares, & confirmates, esse commissas? Quod si Miloni locus datus esset: probasset profecto tibi ipsi, neminem umquam hominem homini cariorem fuisse, quam te sibi: nullum se unquam periculum pro tua dignitate fugisse: cum illa ipsa terretima peste sepius pro tua gloria contendisse: tribunatum suum ad salutem meam, quæ tibi carissima fuit, consiliis tuis gubernatum: se à te postea defensum in periculo capitis, ad jutum in petitione praturæ: dyos se habere semper amicissimos sperassente tuo beneficio, me tuo, quæ si non probaret: si tibi ita penitus invidisset ista suspicio, nullo ut evelli modo posset: si deniq. Italia a delectu, urbs ab armis, sine Milonis clade nunquam esset conquietura: nã iste haud dubitans cessisset

set patria, is, qui ita natus est, & ita consuevit: te, Magne, tamen attestaretur, quod nunc etiam facit. Vide, QUAM SIT varia vita, commutabilisque ratio, quam vaga, volubilisque fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quam ad rem pus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. erit, erit, illud profecto tempus, & illucelet aliquando ille dies, cum tu, salutaribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum commutatis (qui quàm crebro accidat, experti debemus scire) & amicissimi benivolentiam, & gravissimi hominis fidem, & unius post homineis natos fortissimè viri magnitudinem animi desideres. Quamquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, juris publici, moris majorum, rei denique publicæ peritissimum, cum senatus ei commiserit, ut videret, NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET: quo uno vehiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitum, hunc delectum dato, iudicium expectatum fuisse in ejus consiliis vindicandis, & qui vel iudicia ipsa tolleret? 7 Satis judicatum est à Pompeio, satis falso ista conferri in Milonem: qui legem tulit, qua, ut ego sentio, Milonem s. absolvi à vobis oporteret: ut omne confitentur liceret. Quod verò in illo loco, atque in illis publicorum præfidiorum copiis circumfusis ledet: satis declarat, se non terrorem inferre vobis (quid enim illo minus dignum, quàm cogere, ut vos eum condemnatis, in quem animadvertere ipse & more majorum, & suo iure posset?) sed præsidio esse: ut intelligatis, contra hæternam concionem illam licere vobis, quod sentiat, libere iudicare. Nec verò me, iudices, Clodianum crimen movet: nec tam lum demens, tamque vestri sensus ignatus, atque expertus, ut nesciam, quid de morte Clodii sentiam. de qua si jam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impunè Miloni palam clamare, & atque mentiri gloriose liceret: occidi, occidi, non Sp. Melium, qui annonæ levanda, jacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchum, qui collegæ magistratum per seditionem abrogavit: quorum interfectores implevit orbem terrarum nominis sui gloria: sed eum (auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset) ejus nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ feminæ comprehenderunt: eum, ejus supplicio senatus sollemnem religionem expiandas sepe censuit: eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus juratus se, quæstionibus habitis, dixit comperisse: eum qui civem, quem senatus, quem populus, quem omnes gentes, urbis ac vitæ civium conservatorem iudicabant, servorum armis exterminavit: eum, qui regna dedit, ademit: orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est: eum, qui, plurimis cadibus in foro factis, singulari virtute, & gloria civem domum vi, & armis compulit: eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui adem Nympharum incendit, ut 10 memoriam publicam recensionis, tabulis publicis impressam, exlingeret: eum denique, cui jam nulla lex erat, nullum civile jus, nulli possessionum termini: qui non calumnia litium, non injuristis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris,

P p 3

cxxx.

1. Pro istu gladiatoris probari. Turing. & Hittorp. istud nobis largiuntur. præferendum omnino vulgata lecti on, in qua *proari*. sic Terentius; *facile ut pro annuio probet*: consule Modium quoque Epistola XXXIX.

2. Dissequitur tota resp. suscepta omnino nullam, etc. Pal. sic suspitit: Colom del pro ista, etc. arbitrator Gulielm. rependendum, ut pro ista resp. suspitiam, omnium, egregia planaque sententia.

3. Tunc ut iniquam suspitionem. Geminavi vocem suavis Vverd. longè *non innoxios* id simpliciter.

4. Penitus inhaesisset ista suspicio. Ita Vverd. Hitt. Erf. quibus cur non fecerunt sic Lambinus causam non video, vulgò invidisset.

5. Vide quam se varia. Hitt. codex, *Vide*, & videtur sententia convenientius.

6. Qui vel iudicia ipsa tolleret. Basilic. qui vi iudicia, etc. & videtur verius.

7. Satis judicatum est à Pompeio, satis, etc. Elegans *invid* quoniam habet Erf. & Vverd. etc.

8. Absolvi à vobis oporteret. Supplevi è Vverd. & Hittorpiano.

9. Atque mentiri gloriose. Gulielm. probat quod reperit in Basil. *mentiri gloriose mentiri* est jactare se & ostentare rem gestam Sic Latio: *ut virtutem verborum magnificencia mentiamur.*

10. Memoriam recensionis. Servat hanc vulgatam præter Pall. Abala liber, item Basilicæque Vverd. tuncque contra Lambinum amicissimus Schottus lib. III. Not. c. 13.

p. 384

exercitu, signis inferendis petebat: qui non solum Etruscos (eos enim penitus contemnerat) sed hunc Cn. Pompejum, virum fortissimum, atque optimum civem, judicem nostrum, pellere possessionibus, armis castrisque conatus est. qui cum architectis, & decem pedis villas multorum, hortosque peragrabat: qui janiculo, & Alpibus spem possessionum terminabat suam: qui, eam ab equite Romano splendidissimo, & forti viro, T. Pacavio non impetrasset, ut insulam in lacu Pretio venderet, repemē linteibus in eam insulam materiam, calcem, cementa, atque arma convexit: dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit aedificium extruere in alieno: qui huic T. Furfanio, cui viro, dii immortales? (2 quid enim ego de muliercula Scantia? quid de adolescente Apronio dicam? quorum utriusque mortem est minatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset) sed ansus est Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantum poposcerat, non dedisset, mortuum se in domū ejus illaturum: qua invidia huic esset tali viro conagrandum qui Appium fratrem hominem mihi conjunctum fidissimam gratia, absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per vestibulum forons instituit ducere, sic agere fundamenta, ut fororem non modo vestibulo privaret, sed omni 3 aditu, & lumine. Quamquam hac quidem jam tolerabilia videbantur: est inaequaliter in repub. in privatos, in longinquos, in propinquos: in alienos, in suos iruebat: sed nescio quomodo jam uti obduerant, & percalverat civitatis incredibili pervasione. Qua vero ad erant jam, & impendebant, quoniam modo ea aut deperire potuissetis, aut ferre? 4 imperium si ille nactus esset (omittit locios, exterarum nationes, reges, tetrarchas. Vota enim faceretis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones) vestra recta, vestras pecunias. pecunias dico? 5 liberis, 2 liberis mediis fidius, & conjugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines contulisset. Fingi hac putatis, quae patent? 6 haec quae nota sunt omnibus? quae tenentur? fervorū exercitū illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam republ. resque privatas omnium possideret? Quamobrem, si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius, A D E S T E, quae, atque audite cives: P. Clodium interfeci: ejus furorē, quos nullis jam legibus, nullis judiciis frenare poteramus, hoc ferro, & hac dextera 2 cervicibus vestris repuli; 6 per me ut unum, jus, & equitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent: 7 esset verō timendum, quoniam modo id ferret civitas. nunc enim quis est, qui non probet? qui non laudet? qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum resp. profuisse, maxima latitia populum Rom. cunctam Italiam, nationes omnes affectisse, & dicat, & sentiat? Nequeo, vetera illa populi Rom. quanta fuerint gaudia, judicate. multas tamen jam summorum imperatorum clarissimas victorias atas nostra vidit: quarum nulla neque iam diutnam attulit latitiam, nec tantam? Man-

date hoc memoriae, iudices. spero multa vos, liberosque vestros in rep. bona esse visuros. in his singulis ita semper existimabit, vivo P. Clodio, nihil eorum vos visuros fuisse. in spem maximam, & quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, hoc ipsum: mo viro consule, 9 compressa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & judiciis constitutis, salutarem civitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quae tenetis, privata, atque vestra, domnante homine furioso, quod jus perpetuae possessionis habere potuissent? Non timo, juvenes, ne odio inimicitarum mearum inflammatus, libertatis, ac in illum evomere videat, quam velis. etenim estis praecipuum esse debebat; tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio pane a qualiter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceltris, quantum exitii fuerit. Qui sic attendite, iudices. nempe haec est quaestio de interitu 2 Clodii: fingite animis: libera enim sunt cogitationes nostrae; & quae volunt, sic intuentur, sicut ea certamus, quae videmus: fingite igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meae: si possum efficere, ut Milonem abioivatus: sed ita, si P. Clodium revixerit, quid vultu extenuistis? quoniam modo ille vos vivos afficeret, qui mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompejus, qui 11 ea virtute, ac fortuna est: ut ea potuerit temperare, quae nemo praeter illum: si is, inquam, potuisset, ut quaestionem de morte P. Clodii ferre, scilicet ab inferis excitare: utrum putatis potius facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis revocare, propter temp. non fecisset. Eius igitur moris sedetis ultores, cuius vitam si putatis per vos restitui posse, nolitis: & de ejus nece lata quaestio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex numquam esset. 12 tuus ergo interfectus si esset, ita confitendo ab his poenam timeret, quos liberavisset? Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis? quae aliis in urbibus Graeciae? quae res divinas talibus iniquitatibus vult quos cantu? quae carmina? 13 prope ad immortalitatis & religionem, & memoriam consecrantur. Vos tanti consecratorum populi, tanti sceleris ultorem, non modo honoribus nullis afficitis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Confiteretur, conteretur, inquam, si fecisset, 14 & magno animo, & libente se fecisse, libertatis omnium causa. 15 quod ei certe non confitendum modo, verum etiam praedicandum. Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi ut ignoscatur: dubitare id fatei, ex quo etiam praemia laudis essent petenda? nisi verō gratis putat esse vobis 16 sui se capitis, quam vestri ordinis defentorem fuisse: cum praeteritum in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos. si factum vobis non probaretur (quamquam qui poterat salus suae cuique non probari?) sed tamen

1. Sen. hunc. (Varium.) Sequit Erford. exemplar, cui proximum quod Ahala contulit, in quo, Q. Varrum. nam Hitt. P. Varrum. Vverd. P. Varrum. Pall. nostri Italici vulgatae adhaerent, praefereuntque Cn. Pompejum.
 2. Quid enim ego de muliercula Scantia? quae de adl. Apronio. Pronomen egressit ab Erford. & Colon. de Scantia & Apronio consule d. cap. Schottam nostrum. nam libri nostri mirē variant.
 3. Aditu & lumine. Ita & scripti nostri & Victorii, qui adaeat libro 11. Var. lect. cap. 18.
 4. Imperium si ille nactus esset, &c. Periodos haec tres quatuor distincti praesente Schotto nostro: scriptura verō ad verbum lumpa est & Basiliceno. laborarunt haec multum praeter Lambinum S. Victorius lib. 11. cap. 18. Franc. Modius Novantiarum lectio: omni Ep. kola XLV.
 5. Haec quae nota sunt. Addidi pronomen fide ejusdem codicis; & reobur aliquod est in repetitione ejus.
 6. Per me ut unum, jus, & equitas, &c. Est & istud ab eodem libro, cui etiam respondent Pall. & Grut. & Vverd.
 7. Esset verō timendum, &c. Et hujus loci sanitas acceptum ferenda Erford. Colonienf. & Vverd. membran. abest quidem Italici notis. Illud factum; sed servant tamen enim verō.
 8. In rep. bona esse visuras. Vverd. repetit, in rep. multa bona, &c.

Ciceronianē; adscripti. Gulicimius:
 9. Comproba hantiam licentia. Est à Vverd. & Hittorp. vulgata enim cuncta; quae nescio an omnino damnanda fuerit.
 10. Ultra certum quae videmus. Gulicimius perplect lectio Basilic. certum quae non videmus.
 11. Ex virtute ac fortuna est. Ita liber Ahala & Vverd. & non sapientia est, ut prius cū. Ex eodem Vverd. & Hittorp. itam addidi vocabulum patrum.
 12. Huius ergo interfectus. Lectio item debita postremis duobus firmataque à Prilecano. consilium Iambibus.
 13. Prope ad immortalitatis & religionem, &c. Ita lego ex Colon. atque Erford. pro vulgato, immortalitatem.
 14. Ex magno animo & libente se fecisse. Minus consinnē recepta lectio libenter. altera est ab Hittorpiano.
 15. Quod ei certe non confitendum modo, &c. Vulgata adiecerat suis, quod abieci laudantibus Pall. in quibus non comparebat.
 16. Si se capitis quam vestri ordinis defentorem fuisse, &c. Vox orationi non est in Colon. enfi, & verē abundat. neque enim iudicium ordinem intelligit tantum, quamvis eos alloquatur; sed per eos vult deponere populum Rom.

sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset: magno animo, constantique cederet ex ingrata civitate. nam Quid esset ingratus, quam letari ceteros, lugere eum solum, propter quem ceteri latarentur? Quamquam hoc animo semper fuimus omnes in patriæ proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque, & invidiam, nostram putaremus. nam quæ mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum in consulatu meo pro vobis, ac liberis vestris ausus essem. si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitraretur: quæ mulier sceleratum ac perniciosum civem occidere non auderet, si periculum non timeret? PROPOSITA invidia, morte, poena, qui nihilo segnius temp. defendit, is vir certe putandus est. Populi grati est, præmiis afficere bene meritos de rep. civis: viri fortis, ne supplicii quidem moveri, ut fortiter fecisse patuit. Quamobrem uteretur eadem confessione T. Annii, qua Ahala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmet ipsi: & si grata resp. esset, lataretur: si ingrata, tamen in gravi fortuna, conscientia sua niteretur. Sed huius beneficii gratiam, iudices, fortuna populi Romani & vestra felicitas, & dii immortales sibi debere putant. nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi i qui nullam vim esse ducit, numerum divinum: quem neque imperii vestri magnitudo, neque sol ille, nec cæli signorumque motus, nec vicissitudines terræ, atque ordines movent, neque, id quod maximum est, majorum nostrorum sapientia: qui sacra, qui caremonias, qui auspicia & ipsi sanctissime colerunt, & nobis, suis posteris, prodiderunt. EST, EST PROFERO illa vis: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturæ. tam præclaro motu, nisi forte idcirco esse non putant, quia non apparet, nec curatur: proinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut plane qualis, aut ubi sit, sentire possimus. 2. ea vis, ea igitur ipsa, quæ sæpe incredibile huic urbi felicitatis, atque opes attulit: quæ illam perniciem exstinxit, ac sustulit: cui primum mentem injecit, ut vi irritare, ferroque læsere fortissimum virum auderet, vinceretque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam sempiternam. Non est humano consilio, ne medicum quidem, iudices, deorum immortalium cura, res illa perfecta. 3. religiones mechanicæ ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt, comosse se videntur, & jus in illo suum retinuisse. 4. Vos enim jam, Albani tumuli, atque luci, vos, inquam, imploro, atque testor, vosque Albanorum obtutæ aræ, sacrorum populi Rom. loci, & æquales, quas ille præceps amentia, cæcis, prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis motibus oppræsserat: 5. vestra tum aræ, vestra religiones vigeant, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat: 6. tuque ex tuo edito monte Latiani, sancte Jupiter, 7. cuius ille lacus, nemora, finisque sæpe omni nefario

stupro, & scelere macularat, aliquando ad eum puniendum & oculos aperuistis: vobis illæ, vobis vestro in conspectu sero, sed iusta tamen, & debita pœnæ solutæ sunt. nisi forte hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacrum Bonæ deæ, quod est in fundo 10 T. Sextii Galli, in primis honesti, & ornati adolecentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cum proclium commisisset, primum illud vulnus acciperet, quo tæterrimam mortem obiret: ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc infamem pœnam reservatus. Nec verò non eadem ira deorum hanc ejus satellitibus injecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu, atque ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore, & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetetur abjectus. non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi tæterrimo parricidæ aliquid decoris afferre, neque ullo in loco potius mortem ejus lacerari, quam in quo vita esset damnata. Dura mihi, mediis fidiis, jam fortuna populi Romani & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempob. insultare videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: senatus gravissima decreta perfrigerat: pœcunia se palam à iudicibus redemerat: vexarat in tribunatu senatum: omnium ordinum consensu pro salute reipub. gesta resciderat: me patria expulerat: bona diripuerat: domum incenderat, liberos, conjugem meam vexaverat: Cn. Pompejo nefarium bellum indixerat: magistratuum, privatoremque ca deis effecerat: domum mei fratris incenderat: vastatam Etruriam: multos sedibus, ac fortunis eiecerat: instabat, urgebat: capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant: incidebantur jam domi leges, quæ nos nostris servis addicerent: nihil erat cuiusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc annum fore putaret: obstabat ejus cogitationibus nemo, præter Milonem. et ipsum illum qui poterat obitare, novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur: Cæsaris potentiam, 12 suam esse dicebat: bonorum animos etiam in meo casu contemnerat: Milo unus urgebat. Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perditio, ac furioso, ut huic faceret insidias. aliter petire pestis illa non potuit: numquam illum resp. suo jure esset ulta. Senatus credo, præterea eum circumscriptisset, ne cum solebat quidem id facere in privato eodem hoc, aliquid proferret. An consules in prætoris coercendo cadere fuissent? Primum Milone occiso, habuisset suos consules. deinde quis in eo prætoris consul fortis esset, 13 per quem tribunum, virtutem consularem crudelissimè vexatam esse meminisset? oppressisset omnia, possideret, teneret, lege nova, quæ est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis: servos nostros, libertos suos fecisset. postremò, nisi eum dii immortales in eam mentem impulsissent, ut homo effœminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempob. nullam haberetis. An ille prætor, ille verò consul, si modò

pp 4 hæc

1. Qui nullam vim esse ducit numerum divinum. Sic Pall. aliquot, sic Vverd. Hitt. Græc. nam nonnulli, qui nullam maiestatem esse putant numerum divinum, quomodo & primitus impressi. posteriores enim vim celestem esse existimant, numerum d.
2. Ex vis, ut igitur ipsa, quæ, &c. Est ab Erfurdiano. elegantius sanè quam si adderetur est vulgo receptum.
3. Religiones mechanicæ ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt, comosse se videntur, & jus in illo suum retinuisse. Haud aliter Vverd. item Basilicanus, nisi quod hic præterea regionis quod amplectitur Guelmuis. vulgata, ipsa aræque cum illam. sed ita nulli nisi qui omnes habent esse cum illam, &c.
4. Vos enim jam Albanis, imploro atque testor. Sic Colonienfis, non abiecit, additque particula jam & quæ item in Vverdano.
5. Vestra tum aræ, vestra religiones. Modus malebat Epist. XI. v. vestra tum religiones. ego, vestra tum ista religiones: ut libranii repetitionis illius elegantia minime capiti interposuerint illud aræ.
6. Tuque ex tuo edito monte Latiani, sancte Jupiter. Exhibuit scripturam Colonienfis exemplaris, neque abibat Vverdensis: nisi quod is Latianus, ut videatur scripturam primitivam Latianam.
7. Cuius ille lacus, nemora, &c. Sic rescripti, ejecto Lambinilacis, in vecto libris omnibus, editus scripturæque in vicissimis. & cui ignotus La-

cus Albanis? illum enim intelligit.

8. Oculos aperuistis. Ita Pall. aliquot, & Græc. & Colon. responderetque magis sequentibus.

9. Casu factum esse dicemus. Efficacius istud, repertumque in Pall. aliquot ac Colonienf. & Vverd. inquam receptum dicimus.

10. T. Sextii Galli. Libri calamo exarati in Germania, Sextii. & verò Cn. Sertii mentio in Verrem lib. II. c. 48.

11. Ipsum illum qui poterat obitare redire, &c. Ita Colon. & Vverd. neque verò aliter aut legendum, aut interpungendum. Cn. Pompejum, quem vulgari adjiciunt nominare de industria omisit, vitandæ invidiæ causa. & sanè in Pall. aliquot reperias vel Cn. Pompeji, vel Cn. Catonem appareat additum à librariis.

12. Suan esse dictas. Auctoritate Colonienf. delevi verbum petraniam, quod neque in Gruteriano erat.

13. Per quem tribunum virtutem consularem crudelissimè vexatam esse meminisset? oppressisset omnia, teneret, lege nova, quæ est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis. Præclara hæc castigatio debita Turingio libro nec non Colon. atque Vverd. & verò viri, existat in aliquot Pall. ceterum oratio plenior planiorque foret, voce repetita: Oppressisset omnia, teneret, lege nova.

hæc templa, atque ipsa moenia stare eo vivo tamdiu, & consulum ejus expectare potuissent, ille denique vivus, mali nihil fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiam incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, i caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo Romano concessam uni ordini, inflammari, excindi, funestari? neque id fieri à multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno: qui à cum tantum aulus sit ustor pro mortuo, quid significat pro vivo non esset aulus? In curiam potissimum abiecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat. Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de curia? 3 & qui ab eo spirante forum patenti potuisse defendi, cujus non resistit t cada veri curia? Excitate, excitate eum, si potestis, ab inferis, frangeris imp. tam vivi, cujus vix sustinetis furias insepulti? nisi verò sustinueritis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt. 4. cum facibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volit runt. Cædi vidistis populum Roman concionem gladiis disturbari, cum audiretur silentio M. Cælius, tribunus plebis, 5 vi & in rep. fortissimus, & in suscepta causa firmisimus, & honorum voluntati, & auctoritati senatus deditus, & in hac Milonis live invidia live fortuna, singulari, d. vina, & incredibili fide. Sed jam satis multa de causa: extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi ut orem, obsecrerque vos, iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non imploret: ego etiam, repugnante hoc, & imploro, & expoico? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis: si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem, ac non mutatam videtis, hoc minù ei parcere: atque haud scio, an multo etiam sit adjuvandum magis. Etenim si in gladiatoris pugnis, & infimi generis hominum conditione, atque fortuna, timidos & supplices, & ut vivere liceat, obsecrantis, etiam odisse solemus: sortis, & animos, & se acriter ipsos morti offerentes, servare cupimus; eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam ossigant: quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus? Me quidem, iudices, exanimant, & intertunt hæ voces Milonis, quas audio assidue, & quibus inter se quotidiè. 7 *Valeant, valeant, inquit, cives mei, valeant, sint incolumes, sint florentes, sint beati: fiet hæc urbs præclara, mihi que patria carissima, quoquo modo merita de me erit. tranquilla rep. cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur. ego cedam, atque abibo, si mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: & quam primùm retigero bene moratam, & liberam civitatem, in ea conquestam. O frustra, inquit, suscepti mei labores! o spes fallaces! o cogitationes inanes meæ! Ego, cum tribunus pleb. rep. oppressa, me senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi unquam bonorum præsidium defuturum putarem? Ego, cum te (mecum enim læpissimè loquitur) patruæ red-*

didissem, mihi futurum in patriis non putarem locum. Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites Rom. illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae voces? ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defensor? mihi ne ep. soli, qui pro te toties morti me obuli, nihil potest epulari? Nec verò hæc, iudices, ut ego unuc, flets, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. negat enim, se, negat ingrati civibus fecisse, quæ fecit: timidus, & omnia circumspicientibus pericula, non negat. plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce, fortunis vestris imminerebat, & eam, quo rator esset vita nostra suam se fecisse commemorat: ut non modo virtute steteret, sed etiam tribus suis patrimonis delimitet: nec timet, ne, cum plebem muneribus placarit, vos non conciliari meritis in temp. singularibus. Senatus erga se benevolentiam temporibus his ipsis se esse perspectam: vestras verò, & vestrorum ordinum occulationes, studia, sermones, quemcumque & cursum fortuna dederit, secum se ablatum esse dicit. Meminit etiam, sibi vocem præconis modo defuisse, quam minime desideraret: populi verò cunctis suffragiis, quod unum cuperit, se consulem declaratum nunc denique, si hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimine obitare. Addit hæc, quæ certè vera sunt, FORTEIS, ET SAPIENTIS VIROS non tam præmia sequi solere redditorum, quam ipsa rectè facta: se nihil in vita, nisi præclarissimè fecisse; si quidem nihil sit præstabilius viro, quam periculis patriam liberare: beati esse, quibus ea res honoris fuerit à suis civibus: nec tamen eos miseris, qui beneficio eivis suos vicerint: sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam: esse hanc unam, quæ brevitatem vite posteritatis memoria consolaretur: quæ esset, ut absentes adessimus, mortui viveremus; hæc denique esse, quæ gradibus etiam homines in cælum videantur ascendere. De me, inquit, semper populus Rom. semper omnes gentes loquentur, nulla unquam obmutescet vestra, quæ hoc tempore ipso, cum omnes 10 à meis inimicis faces me invidia subiciantur, tamen omni in hominum coetu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebrantur. Omitto Etruria festos, & actos, & infinitos dies centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, 11 & ut opinor, altera: quæ fines imperii populi Rom. sunt, ea non solum fama jam de illo, sed etiam laetitia peragravit. Quamobrem, ubi corpus hoc sit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris & jam versatur, & semper habitabit nominis mei gloria. Hæc tu mecum sæpe, his absentibus: sed isdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, quod illo animo es, satis laudare non possum: sed, quod est ista magis divina virtus, eo majore à te dolore divellor. nec verò, si mihi eriperis, 12 reliqua est illa saltem ad consolandum querela, ut his irasci possim, à quibus tantum vulnus accepero. non enim inimici mei te mihi eripient, sed amiciissimi: non malè aliquando de me meriti, sed semper optimè. Nullum unquam, iudices, mihi tantum dolore minueris (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscat, quanti me semper feceritis,

1. Caput urbis. Basilicanus, ubi, sicut verè gimo certo, silicubi erem dixit pro orbe terrarum, de quo querat orator me.
 2. Cum tantum aulus sit ustor pro mortuo, etc. Hæc placuit scriptis pro publicato alter. est autem à Colonienisibus membranis.
 3. Et qui ab eo spirante patenti potuisse defendi etc. Hæc est scriptura præclara illi in scriptis. Hæc Colon.
 4. Cum facibus ad Castoris. Mallet Gulielm. aliorum facibus: quod scribat Alconius concitatem multitudine cum facibus ex Librinæ pulvis aribus raptis per urbem pervagatam.
 5. Vix & in rep. fortissimus etc. Supplevit locum Colon. ac Vverd.
 6. Animosus etc. si acriter ipsos morti off. Liquid istud habet, Basilicanus, vulgò ipsi. Gulielm. præterea cuperet alacriter.
 7. Valeant, valeant, inquit, cives mei, valeant. Ita haud parum præclarè dicitur Colonienisibus.

8. Eam qui vultus esset vita nostra, suam se fecisset. Reclisimè & hoc Colonienisibus Terentius: Paulatim plebem primulum fecit meam. Dicitur suam antea aberat. hris edicis.
 9. Cursum fortuna deditur. Propugnat hanc scriptiorem Vi& libro XXI. cap. 22 vulgata casum. Colon. fortuna caperit.
 10. A meo inimicis facerit me irasci etc. Ita maluit jubente libris Colon. Gulielm. quam hisdem omnibus in vultu Lambinum sequi relictam sententiam vulgata fuit.
 11. Et ut opinor altera: quæ fines imperii populi Rom. sunt, etc. Sic Hirc. & Vverd. nec dubitandum de integritate, quæ, id est, quàm longè Horatius: — à quod sol. habitatis. Ibi frax erat in axine Principum. neque aliter Pall. mel. ores, nisi quod: deserviantur illo ca.
 12. Reliqua est illa saltem. Apposuit magis sic Colon. quàm tantum quod in vulgato.

Partial text from the adjacent page, including the word 'CRATI' at the top and 'C. RA' in the middle, along with some illegible fragments of text.

zitia. quæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendi-
 stis: cur non id *meo capite* potius luitur, quam Milonis?
 præclare enim vixero, si quid mihi acciderit prius, quam
 hoc tantum mali videro. Nunc me una consolatio susten-
 tar, quod tibi, T. Anni nullum à me amoris, nullum stu-
 dii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias *poten-
 tium* pro te appetivi: ego meum sæpe corpus, & vitam ob-
 jeci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te
 supplicem abjeci: bona, fortunas meas, ac liberorum meo-
 rum, in communionem tuorum temporum contuli: hoc
 denique ipso die, si qua vis est parata, & si qua diminutio
 capitis futura, deprecor. Quid jam restat? quid habeo, quod
 dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam
 fortunam, quæcumque erit tua, *ducam meam*? Non re-
 culo, non abnuo: vosque obsecro, iudices, ut vestra bene-
 ficia, quæ in me contulistis, aut in hujus salute angeatis,
 aut in ejusdem exitio & occasura esse videatis. His lacry-
 mis non movetur Milo. est quodam & incredibile robore
 animi: *EXSILIUM* ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus:
 mortem, naturæ finem esse, non pœnam. 4. Sit hic ea men-
 te, qua natus est. quid vos, iudices? quo tandem animo
 eritis? memoriam Milonis retinebitis: ipsum ejicietis? &
 erit dignior locus in terris ullus, qui hanc *virtutem excipiat*,
 quam hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi
 viri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis: vos in viri,
 & in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque
 milites: vobis non modo inspectantibus. sed etiam arma-
 tis, & huic iudicio presidentibus, hæc tanta virtus ex hac
 urbe expelletur? exterminabitur? projicietur? O me mise-
 rum, ô infelicem! revocare tu me in patriam, Milo, po-
 tuisti per hos: ego te in patria per eisdem retinere non po-
 tero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alte-
 rum mutant? quid tibi, Q. frater, qui non abes. conforti

mecum temporum illorum? & me non potuisse Milonis
 salutem tuam per eosdem, per quos nostram ille servasset?
 At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus. à qui-
 bus non potuisse? ab iis, qui maxime P. Clodii morte ac-
 quierunt, quo deprecante? me. Quodnam ego concep-
 tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, ju-
 dices, cum illa iudicia communis exitii indagavi, pateteci,
 protuli, extinxi? omnes in me, meosque redundant ex
 fonte illo dolores. Quid me redcem esse voluisti? an ut,
 inspectante me, expellerentur ii, per quos essem restitu-
 tus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem reditu-
 esse, quam fuerit ille ipse discessus. nam qui possum pata-
 re me restitutum esse, si distrahor ab iis, per quos restitu-
 tus sum? Utinam dii immortales fecissent (pace tua, patria,
 dixerim: metuo enim, ne sceleratè dicam in te, quod pro
 Milone dicam pie) utinam P. Clodius non modò *viresceret*,
 sed etiam prætor, consul, Dictator, antequam hoc spe-
 ctaculum viderem. O dii immortales! forem, & à vobis,
 iudices, conservandum virum. Minimè, minimè inquit,
 immò verò pœnas ille debitas luerit: nos subeamus, si ita
 necesse est, non debitas. Hicne vir patris natus, usquam,
 nisi in patria, morietur? & aut, si fortè, pro patria? hujus
 vos animi monumenta retinebitis: corporis in Italia nul-
 lum sepulcrum esse patiemin? hunc sua quisquam senten-
 tia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum à
 vobis ad se vocabunt? O terram illam *beatam*, quæ hunc
 virum exceperit: hanc ingratam, si ejecerit: miseram, si
 amiserit. Sed finis sit neque enim præ lacrymis jam loquæ
 possum: & hic se lacrymis defendi vetat. vos oro, obte-
 storque, iudices, ut in sententiis ferendis, quod sentietis,
 id audeatis Vestram virtutem, justitiam, fidem, mihi credi-
 re, is maxime probabit, qui in iudicib. legendis, optimum,
 & sapientissimum & fortissimum quemque legit.

1. *si qua diminutio capitis futura.* Optime eo modo Erfurdienfis.
 hocque significavit paulò anteq. cur non id meo capite luitur? vulgata
 dimittit.
 2. *Occasura esse videatis.* Haud locus Vverd & Hirtorp. vulgata in-
 betat.
 3. *Incredibili robore animi.* Vulgati patrom *pro animi sapient.* sed ea
 vox non videtur in avordin editionibus, necdum nisi illis.
 4. *Sit hic ea mentes, qua natus est.* Pall. Sed hic ea mente venatus est, un-

de fecit Lambinus natus est, ceteris recentis.
 5. *Me non potuisse Milone.* Hirt. & Vverd. *omne non potuisse.*
 6. *Aut si forte, pro patria? hujus, etc.* Distinctio est à Murero, quam
 prodidit libro XVI. Var. lect. cap. 9.
 7. *Et sapientissimum & fortissimum quemque legit.* Ita supplent Pal-
 pr. v. 13. Grut. Erfurd. Hirt. quorum tamen tres pr. ores *delegit*: ultimus
 verò *legit*. & certum certe epitheton necessarium erat, ob tribunos
 ætarios.

M. TULLIUS CICERO
 PRO
 C. RABIRIO POSTVMO.
 ORATIO TRICESIMA NONA.
 SYNOPSIS.

¶ *Quæstio, An C. Rabirius repetundarum reus? Accusator, Cn. Memmius. Reus, C. Rabirius, Patronus Rabirii, Cicero.*

S quis est, iudices, qui C. Rabirium, quod
 sua fortunæ, fundatas præsertim, arque
 optimè constitutas, opes, *perestatis regis*,
 libidinique commiserit, reprehenden-
 dum putet: adteribat ad iudicium suum,
 non modo meam, sed hujus etiam ipsius,
 qui comisit, sententiam. neque enim cui-
 quam ejus consilium vehementius, quam ipsi displicet.
 Quamquam hoc plerumque facimus, ut consilia *eventu*
 ponderemus: & , cui bene quid processerit, multum il-
 lum providisse: qui secus, & nihil sensit dicamus. Si ex-

stitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo, quia se fel-
 lit rex: nihil hoc amentius dicitur: ut jam nihil esse videat-
 tur, nisi *divinare*, sapientis. Sed tamen, si quis est, iudi-
 ces, qui illam Postumi sive inanem, sive inconsultam
 rationem, sive (gravissimo verbo usar) temeritatem, vitu-
 perandam putet, ego ejus opinioni non re pugno: illud tam-
 en deprecor, ut, cum ab ipsa fortuna crudelissimè videat
 hujus consilia esse multata: nequid ad eas ruinas quib. hic
 oppressus est, addendum *acerbitatis* putet. S A T I S est, ho-
 mines imprudentia lapsos non eragere: urgere verò jacen-
 teis, aut præcipitanteis impellere, certè est inhumanum;
 præsertim,

1. *Quid sua fortunæ fundatas præsertim.* Cn. Muretus lib. XVII. cap.
 5. Var. lect. legit ex duobus n. si. *si sua fortunæ fund præsertim*, atque opti-
 mè constitutas. nostri nihil variant, aut ead. vetulæ.

2. *Nihil sensit.* Ita Pall. duo, in quibus isthæc tantum periculis
 oratio, insignitè numero primi & octavi. Lambinus emendat: *nihil*
 vidit. at Casullus tamq. *Male nihil sensit.*